Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



simus nobis Lc. ii. Caritas xpi urget nos esti-
mantes hoc. qm si sumus pro omnibus mortuus ergo omnes mor-
tui sunt. Et pro omnibus mortuus est. ut qui uiuunt. iam
non uiuant sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. Itaq;
nos nemine nouimus secundum carnem. Et si cognouimus
xpm secundum carnem. sed iam non nouimus. Lc. iii.
Si qua igitur in xpo noua creatura uetera transierunt ecce
facta sunt noua. Omnia autem ex deo. qui reconciliauit
nos sibi per xpm. et dedit nobis ministerium reconciliationis
quia quidem deus erat in xpo mundum reconcilians sibi non re-
putans illis delicta ipsorum et posuit in nobis uerbum reconcilia-
tionis. Pro xpo legatione fungimur tanquam deo exhortante per nos. Oratio.
Deprecamur pro xpo. Obsecramus per xpm reconciliamini
deo. Eum qui non nouerat pecc̃m pro nobis peccatum
fecit. ut nos efficiamur iustitia dei in ipso. Adiuuantes
autem exhortamur ne in uacuum gratiam dei recipiatis. Ait
enim Tempore accepto exaudiui te. et die salutis adiuui
Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc Lc. ii. Ecce.
dies salutis. nemini dantes ullam offensionem ut non
uituperetur ministerium nrm. In omnibus exhibeamus nos
met ipsos sicut dei ministros in multa patientia in tribulationi-
bus in necessitatibus in angustiis. in plagis. in carceribus in seditionibus
in laboribus in castitate. in scientia. in longanimitate. in suauitate. in
spiritu sancto. in caritate sincera. in uerbo ueritatis in uirtute dei. Lc. iii.
Per arma iustitiae a dexteris et a sinistris. Per gloriam et ig-
nobilitatem. Per infamiam et bonam famam. Ut
seductores et ueraces. Sicut qui ignoti et cognoti. Quasi
morientes et ecce uiuimus. ut castigati et non mortificati. Qui
tristes semper autem gaudentes. Sicut egentes multos autem